Sessionarii sui et eius Dominum totaliter et plenarie transtulit transfudit et incorporavit, prout praesentibus transfert transfundit et incorporat perpetuo. In quod quidem Jus et Bona praemissaque omnia praesentibus per se recognoscentes cessa praenotatus Recognitus Nobilis Joannes Lipski praenotato Nobili Sebastiano Lipski filio et Cessionario suo eiusque Dominis coram officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem et actualem pacificamque possessionem per Illustrem Quemcunque Regni Gloriam et Nobiles Duos Die quacunque voluerit officiose acceptorum. Per ipsos Cessionarium suum eiusque successores hoc idem Jus et Bona praemissaque omnia praesentibus per se recognoscentes abscessu tenendi habendi possidendi illisque pacifice et quiete uti fruendi ac ad usus suos suorumque successorum quovis beneplacitos libere et effectuari converterunt perpetuis temporibus idque vigore praefati Juris originalis ea omnia bona in se complectentis et praesentis cessi et condescensi, hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

1633 4/IX

Actum in Castro Praemisliensi Feria Sexta post Festum Sancti Aegidii Abbatis proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Tertio.

Przerembski Castellanum Siradiensem Quietat.

Comparens personaliter coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitaneatus Praemisliensis Generosus Joannes Przerembski et Generosi Romani Przerembski filius sanus mente et corpore existens a Terris Dictis Juribus Jurisdictionibusque suis quibusdam propriis et competentibus recedendo huic autem Jurisdictioni Castrensi Praemisliensi quo ad actum

praesentem

praesentem attinet secum successoribus bonisque suis gloriosis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognoscentes Quia ipse Illustrem et Magnificum Maximilianum in Przerembski Przerembski Castellanum Siradiensem Referendarium Regni Moscicensis Sniatynensis Litinensis etc. Capitaneum de Summa Ducentorum Florenorum polonicorum ad rationem summae Duorum Millium Florenorum pecunia polonica sibi per ipsos Actis Castrensibus Capitaneatus Petricoviensis modo simplicis debiti ad solvendum inscripta quietat emittit liberumque et absolutum facit praesentibus perpetuo Inscriptionem eandem Castrensem Petricoviensem quo ad perceptam summam eam cassat mortificat et annihilat quiteme Recognitus sibi per Summa supra scripta Ducentorum Florenorum pecunia polonica a praefato Illustrissimo et Magnifico Castellano Siradiensi realem et plenariam Satisfactionem sufficientemque Satisfactionem praestitam esse salva nihilominus eadem Inscriptione Castrensi Petricoviensi super restantem Summam Mille Octingentorum Florenorum polonicorum Sibi in pleno ac toto robore reservata Recognoscentes praesenti ad praemissa mediante.

1633 31/IX

Actum in Castro Praemisliensi Sabbatho post Festum Sancti Aegidii Abbatis proximo Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Tertio Pucniowska et Zamoiski Intercisam Roborant.

Comparentes personaliter coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Generosi Cristina de Raigrod Pucniowska et Generosi Melchioris Pucniowski Consors relicta ex una et Christophorus Zamoiski de Zamoisce ex altera partibus sani mentibus et corporibus existentes a Terris Dictis Juribus Jurisdictionibusque suis quibusdam propriis et